

465.

Magister Blasius Thammöller, Dekan der Artistenfakultät, ersucht den Magister Franz Wagner sich zu erklären, ob er für immer oder nur zeitweilig aus der Fakultät auszutreten gesonnen sei.

Leipzig, 1546 Juni 5.

5 Hlschr.: Registrum facult. artium fol. 41^b.

S.

Cum multorum sermone communitas nostra, vir honorande, sepius audisset et nunc quoque per abitionem amici nostri d. magistri Leonharti Wolffii ad tuas nuptiales solemnitates, quas Christus fortunet, proficiscentis certe intelligeret, tuam dominationem
 10 posthac ad occupandum locum in consilio facultatis nostro quem huc usque tenes, item ad philosophica absolvendum studia, ut nunc quidem apud nos tractantur, haud ita breviter ad nos Lipsiam reversuram esse, sed magis in quo laudandus pre multis es aliis, seriis rebus totam posthac vitam, sacrarum videlicet literarum et concionum studio transacturam, et interim quoque non exigua portio decenni tui, quod amplius excedendum
 15 non est, ex instituto nuperrimo illustrissimi principis nostri Mauritii, domini et ducis Saxonie ꝛ. clementissimi, fere nunc elaboretur, ita ut quantum vis t. d. ad nos reverendi esset animus, quod quidem si ex re tua esset optaremus, tamen expleto decennio id quod brevi momento delabitur illico tot petentibus aliis qui adolescentie nostre coram presunt esset non citra aliquam fortassis molestiam cedendum, ob id iussus a communi nostro
 20 consilio ad t. d. per presentem dominum magistrum tabellarium et amicum hoc scribo, rogans ut t. d. brevi saltem scripto quid in hac re animi habeas significet, ultro videlicet hoc ipsum resignandum, an porro per absentiam sic prorsus retinendum esse putet, ut ita his apud nos sunt in opere scolastico et tibi succedere (forte haud citra reipublice nostre et iuventutis commodum) desiderant, certum deinceps respondere possimus. Qua
 25 in re t. d. factum te dignum et nostrum vicissim in te officium amplius emerebere. Vale et feliciter vive tu tuaque sponsa iocundissima. Datum sub sigillo communitatis nostre Lipsie anno sal. humane M D XLVI ipsis nonis iunii.

Facultatis artium decanus m. Blasius Thammöller ex animo tuus.

Eximio et in Christo venerabili viro domino magistro Francisco Wagnero
 30 Glaucensis ecclesie pastori optimo, domino et amico cum primis observando.

Am Rande: Huic ultro loco cedenti in gratiam communitatis successit v. m. Wolfg. Sybothus.

466.

Urban Schacht Magister der freien Künste und Anna seine Frau bekennen, daß sie von den Collegiaten des großen Fürstenkollegs ein Darlehn von 115 Gulden erhalten haben, welche sie zu Michaelis d. J. 1550 zurückzuzahlen versprechen.

Leipzig, 1546 Juni 24.

Hdschr.: Copiale des großen Fürstenkollegs fol. 43—44.

Ann.: Zarncke, urkundliche Quellen 740 No. 19.